



Clerus Sæcularis Et Regularis

Seu Decretalium Gregorij IX. Pont. Max. Liber III ; Brevi Methodo ad dissentium utilitatem expositus, In quo præcipuæ circa Materiam hujus Libri tertij, quæ tum in Theoria, tum in Praxi occurunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrà sentientium fundamentis, & hororum solutionibus

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1726

VD18 13510800-001

§. V. De Missarum, & Officiorum Divinorum Reductione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75041](#)

S. V.

De Missarum, & Officiorum Divinorum Reductione.

SUMMARIUM.

137. An onera Missarum manent, si proven-
tus pro ijs assignati ex integro perierunt?
138. Quid si diminuti sint?
139. Respondetur tunc posse reduci ad minorem
numerum,
140. Rationes decadendi.
141. An reductionis fieri possit à potestate Sæ-
culari?
142. Defenditur negativa.
143. Objectiones solvuntur.
144. Quam potestatem circa hanc reductionem
habeat Pontifex?
145. Quam Episcopi, & Prelati Regulares in
Synodo, vel Capitulo Generali?
146. Quam extra Synodum?
147. An bujusmodi reductiones extra Synodum
facere Episcopi possint nunc post Tridentinum? Sententia negans.
148. Sententia affirms.
149. Resolvitur Quæsti.
150. 151. Quid circa hoc possint alij Prelati?
152. 153. Quibus casibus neque in Synodo,
aut Capitulo Generali fieri possit reductione?
154. Pro reducendis oneribus Missarum imposi-
tis post Trid. recurrentum est ad sedem
Apostolicam.
155. Ubi Decretum S. Congr. usi receptum est.
156. 157. 158. 159. Quomodo reductionis fieri
debeat?
160. 161. 162. Quibus cautelis S. Congreg.
prospicerit, ne bujusmodi reductiones ni-
mis sepe sint facienda?
163. An iusta causa petendi reductionem sit,
quando successu temporis lege, vel consue-
tudine assignatum Missis est stipendium au-
tius?
164. An hoc casu haeres teneatur supplere de-
ficitum stipendi?
165. Respondetur non posse eum compelli.
166. 167. An aucta re legata, pro Missarum
onere relicta, etiam augendus sit Missarum
numerus?

Quartur 1. an aliquando Missæ, & Offi-
cia Divina, quæ in certis Ecclesijs tam
Sæcularibus, quam Regularibus annuatim,
vel singulis mensibus, aut hebdomadis pro
Fundatoribus, vel Benefactoribus celebran-
da sunt ad minorem numerum reduci
valeant? Convenient satis DD. omitti illa
posse, si certò constet, quòd ea, quæ pro
itorum celebratione relicta sunt, nullâ ipsius
Ecclesiæ, vel Monasterij, aut Prælati, & Ca-
pituli sive Conventus culpâ ex toto perie-
rint, vel ablata, & aliò aversa sint, ac pro-
inde illorum intuitu nihil omnino percipia-
tur. Ita Fraxinell. de Oblig. Sacerd. §. 27. Ricc.
p. 3. prax. resol. 364. in fin. Bordon. p. 1.
Conf. resol. 25. q. 21. n. 31. Pellizar. tom. 2.
Man. Regul. tr. 6. c. 3. n. 46. Donat. prax.
Regul. tom. 3. tr. 7. q. 60. n. 1. Monacell. q.
2. tit. 13. form. 2. n. 56. sicque declaratum
est à S. Congr. in Foro sempron. 7 Jun. 1687.
ad 5. & in Monopolitan. 8. Aug. 1705. apud
eundem Monacell. l. cit. Ratio est; quia
Beneficium datur propter Officium c. fin.
de Rescript. in 6. atque idcirco, cessante Be-
neficio, æquum est, ut etiam officium ces-
set arg. c. cum cessante 60. de appellat. Conf.
à pari cum Emphyteuta, & Conducentore, qui
liberatur à solutione Canonis, vel mercedis,
si res locata, vel in Emphyteusin data ex to-
to fine ejus culpa perierit c. propter steri-
litudinem 3. de Locat.

138 Dubium est, an diminui, & ad mino-
rem numerum reduci valeant Missæ, & Of-
ficia Divina, si pro ijs relicta, non quidem ex
toto perierint, sed cum tempore solummo-

do diminuta, & tenuia, atque ad eorum ce-
lebrationem insufficientia effecta sint? Ra-
tio dubitandi est, quia defunctorum ultimæ
Voluntates, quamdiu possunt, ad amus-
sum observari debent, præsertim illæ, qua-
rum observantiam haeres, aut legatarius in se
recepit can. ultima 4. caus. 13. q. 2. c. Antigonus
1. & c. qualiter 3. de Pat.

Sed dicendum, hoc casu Anniversaria, 139
& Missas diminui, & ad minorem numerum
reduci posse. Ita cum communi Ugolin. de
Offic. Episc. c. 61. n. 1. Monet. de Commut.
ult. Volunt. c. 5. n. 365. & 366. Barbos. de
Offic. Episc. alleg. 29. n. 4. Gobat. Exper. Theol.
tr. 3. n. 589. Wiest. hic n. 71. & 72. & in-
dubitate supponitur Clem. 2. de Relig. Dom.
& observatur paßim ab Episcopis à Scientia,
& conscientia commendatis.

Probatur 1. ex Trid. sess. 25. c. 4. de
reform. ubi Sacra hæc Synodus Episcopis
facultatem dat ad minorem numerum redu-
cendi Missas, si pro ijs per ultimam Volun-
tatem, aut etiam inter vivos donationem re-
licta adeo tenuia sint, ut non facilè inven-
niatur, qui huic se velit muneri subjecere, ut
DD. qui in c. 4. cit. scripserunt, omnes ob-
servant. Neque refert, quòd eo loco S.
Synodus expreſſè Missarum tantum, &
non Sacrificiorum meminerit; nam ut à S.
Congr. declaratum testantur Ugolin. c. 61.
cit. n. 1. circ. med. Garc. p. 7. de Benef. c. 1.
n. 131. Quarant. Summ. Bullar. V. Missa. Pax
Jordan. vol. 1. l. 4. tit. 1. n. 577. Missarum
nomine etiam Anniversaria, pro defun-
ctorum animabus persolvenda, intelliguntur.

U u 3

pro-

340 Probatur 2. Si proventus , à defunctis Benefactoribus relicti ad Anniversaria , & Missas , omnino deficiant , illa omnino omitti possunt , ut dictum est n. 137. ergo si ita diminuantur proventus , ut ad eorum suitam celebrationem omnino insufficientes sint , ad minorem numerum reduci , & diminui poterunt ; quia idem Juris est de parte quoad partem , quod de toto quoad totum l. que detota 76. pr. ff. de R. V. cùm pars ejusdem naturæ , & qualitatis sit , cuius est ipsum totum l. si grege 22. ff. de Legat. 1.

Probatur 3. quia mens Testatorum , & aliorum Benefactorum defunctorum , à quibus proventus illi relicti sunt , non videatur fuisse alia , quād ut Anniversaria , & Missæ juxta ipsorum præscriptum celebrentur , quādū rerum status , & circumstantiae non mutantur , & quādū proventus ad ea relicti percipiuntur , ac sufficientes sunt , ne Ecclesia , eique inservientes Clerici , ac Religiosi indebet graventur .

Unde cadit Ratio dubitandi allata in oppositum ; dicendum enim , ultimas Voluntas ad amissim servandas , quādū non casus incidit , quo præsumi rationabiliter potest , quād defunctus ad obseruantiam eorum , quā in ultima sua Voluntate præscriptis , noluerit se obligare , prout contingere dixi in Casu proppositi dubij .

341 Queritur 2. an ad Reductionem hoc casu faciendam opus sit potestate Ecclesiastica ? Fagund. de 1. Eccl. præc. l. 3. c. 7. n. 16. § 17. existimat , Missas , in Testamento , & in Capellæ Sæcularis fundatione relictas , ad minorem numerum reduci posse etiam per Gubernatores Urbium , & Consiliarios Regios . Moveretur 1. quia hujusmodi Capellæ , & Anniversaria furerunt à Sæcularibus personis , & de bonis Sæcularibus fundatae . ergo tam ratione Fundatorum , quād bonorum sæculari subjiciuntur Jurisdictioni , & ad Magistratus sæculares pertinet ea gubernare . 2. ad Magistratum sæcularem pertinet procurare , ut subditorum ultimæ Voluntas ad executionem juste , & rationabiliter deducantur atqui nequeunt sic deduci , nisi Missæ ad minorem numerum redigantur , & stipendium abundantius taxetur . 3. potest Magistratus Sæcularis subditorum suorum dispositiones , quæ successu temporis injustæ sunt redditæ , reformare . talis est obligatio ad antiqua Missarum onera , quando non amplius extant antiqui redditus , pro ijs oneribus sustinendis relicti .

342 Verum , ut optimè advertit Pal. tr. 22. D. un. p. 15. n. 6. nullus alias Doctor Sæcularibus potestatis est taxationem , & reductionem permisit . Hinc cum eodem Palao , & alijs tenenda est negativa . Ratio est , quia potestas reducendi Missarum onera est Spiritualis tum ratione materiæ ; concenrit enim Sacrificium Missæ , & Divina Officia : tum ratione personæ ; quia præcipue af-

ficit Sacerdotes , quibus stipendium ob Sacrificij celebrationem designatur . igitur ad potestates Sæculares , quibus quoad Spiritualia parendi potius , quād imperandi necessitas est , reducção ista spectare non potest , sed ad Prælatos Ecclesiasticos , quibus etiam Trid. sess. 25. c. 4. cit. folis potestatem istam indulget .

Neque obstant Argumenta contraria ,¹⁴³ Ad 1. ex eo , quòd hujusmodi Anniversaria fundata , & Capellæ erēcta sint ex bonis Sæcularibus , & à personis Sæcularibus , non bene infertur bonorum illorum dispositio nem sæculari potestati subjici ; alias eidem subjicerentur omnia ferè Beneficia . Non igitur considerari debet in hujusmodi bonis , unde , & à quo collata sint , sed an sub potestate sæculari manferint : quod in casu presenti non fit , cùm ipsa donatione Laicorum transferint in potestatem Ecclesie . Ad 2. Concedo totum : procurare autem hoc debent eo modo , quo illæsis Ecclesie Juribus possunt ; quod facient , si petant , ut reducio fiat à Superiori Ecclesiastico . Ad 3. sicut designatio , quod sit justum stipendium , ita reducção non justi ad rationem justi stipendij ad Ecclesiam pertinet .

Quaritur 3. cuius Prælati Ecclesia ¹⁴⁴ sicut autoritate fieri Missarum , & similiū onerum reducção possit ? 1. hanc reductionem indubitate potest facere Summus Pontifex , propter plenariam , & generalem potestatem dilponendi de rebus , & bonis , salutem animarum spiritualem spectantibus , quæ eidem , tanguam Supremo Christi Domini in terris Vicario , competit can. cuncta 17. cauf. 9. q. 3. c. licet a. de Prab. in 6. & Clem. 2. ut sit pend. fatem justa causa interveniente ; alias ea reducio non cedet in DEI honorem , & cultum , & Ecclesiarum utilitatem . Imo casu , quo Ponitifex ob Paupertatem Sacerdotis , vel ob aliam causam , quæ sibi rationabilis vila fuerit , abundantius stipendium , quād alias aquitas , & justitia postulat , designat , & Missas ad minorem numerum reducit , ne aliquid fructus fundatoribus , & ijs , pro quibus Missæ illæ offerri deberent , depereat , credendum est , eudem Ponitificem ex thelauro Ecclesie offerre , & applicare tantum , quantum virtute Sacrificiorum aliquoquin debitorum continentum esset , ut bene ex sententia communis advertit Suar. D. 87. in fin. Henr. I. g. c. 12. Pal. tr. 22. D. un. p. 15. n. 2.

2. Eam reductionem , rationabili causa intercedente , facere possunt in Synodo Dioecesana Episcopi , & in suis Capitulis Generalibus Abbatibus , & Generales Ordinum , prout expreſſè ipsis conceſſit Trid. sess. 25. c. 4. cit. quād videret in quibusdam Ecclesijs vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis impositum esse , ut illis pro singulis diebus , à testatoribus præscriptis , nequeat satisfieri , vel Eleemosynam hujus-

hujusmodi pro illis celebrandis adeo tenuem esse, ut non facile inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere; & sic depreve testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos predicta spelicant, onerandi occasionem dari, ut loquitur S. Synodus. Voluit autem, ut hanc reductionem facerent, re diligenter perspecta, & tum demum pro sua conscientia in praedictis Ecclesijs, quas bac provisione indigere cognoverint, statuerent circa hec, quidquid magis ad DEI honorem, & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem viderint expedire.

¶46 3. Extra Synodum Dioecesanam iijdem Episcopi etiam nunc post Trid. moderari onera Missarum possunt in triplici praepudie casu. 1. si onus Missarum reperitur injunctum, & acceptatum vigore Contractus, & reciproca stipulationis, & tractu temporis redditus, pro adimplemento oneris assignati, sine culpa assignatarij notabiliter diminuantur, ita, ut antiqua conventione, attento tempore praesenti, injusta, & lesiva efficiatur; nam tunc adiri Episcopus etiamnum potest, & ab eo peti, ut ad Justitiam, & aequalitatem reducat hujusmodi onera. Card. de Luca de Decim. disc. 3. n. 14. & de Regal. disc. 73. n. 5. Monacell. p. 2. tit. 16. form. 10. n. 17. & hoc teste Rota coram Cerr. decif. 593. n. 9. & trib. seqq. & respondit S. Congr. Concil. in Alzina 10. Jul. 1706. 2. Si Episcopus in ipsa oneris acceptatione inveniat redditus oneri Missarum juxta Regionis morem non correspondere, Monacell. p. 1. tit. 6. form. 9. n. 7. & aperiè permittitur in Decret. S. Congr. iussu Urbani VIII. edito, & haec tenus sibi cit. 3. quando testator, aut fundator in testamento, aut beneficij erectione Episcopo dedit facultatem reducendi onera Missarum ab ipso relicta ex causa sibi bene visa, Barbos. de Offic. Episc. alleg. 29. n. 17. ubi Decretum S. Congr. super hoc allegat, Monacell. l. cit. n. 9. Matthæucc. Offic. Eccl. c. 10. n. 29.

¶47 Quæritur 4. an Episcopi hanc reductionem facere nunc post Trid. possint universim extra Synodum Dioecesanam? Dux sunt sententia. Prima extra casu n. præc. exceptos negat potestatem Episcopis extra Synodum Dioecesanam reducendi Missarum onera, sed pro ijs moderandis ait recurrendum ad Sedem Apostolicam, & Sacram Congr. Concil. vel ab hac specialem licentiam impetrandam. Ita Donat. præx. Regul. tom. 3. tr. 7. q. 55. n. 2. & alij complures, qui post Trid. scripsere. Argumentum ducent ex ipso Trid. quod c. 4. cit. potestatem Missas reducendi Episcopis concedit in Synodo, igitur extra hanc ipfis negare censetur, quod oppositorum unius assumptio alterius sit exclusio arg. c. nonne 5. de presumpt. & l. si inter 15. ff. de Except. rei jud. junct. Gloss. in Clem. 2. V. direcè de Testib. & Attest.

¶48 Altera sententia cum Navar. Man. c. 25. n. 138. Monet, de comunit. ult. Vol. c.

s. n. 372. & duob. seqq. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 29. n. 15. Pal. tr. 13. D. 1. p. 6. n. 24. & ir. 22. D. un. p. 15. n. 4. & alijs affirmat etiam nunc Episcopos reducere onera Missarum, & Anniversariorum ex causa extra Synodum Dioecesanam posse. Rationem dant; quia Episcopis potestas hæc competebat jam ante Trid. per c. ex parte 12. de Confit. & Clem. 2. de Relig. Domib. quam potestatem existimant nec sublatam, nec restrictam esse per Trid. sed tantum ad majorem Juris observantiam adjetum, ut fiat redutio in Synodo Dioecesana, non quod hoc ad valorem illius necessarium, sed quod utilius, & securius sit.

Ego cum P. Wiestner colendissimo **¶49** Antecessore, & Professore meo p. m. n. 81. hic utriusque sententia aliquid tribuo, & secundam procedere existimo in ijs Provincijs, ubi Synodi Dioecesana nunquam, aut rarissime habentur, prout fit in Germania nostra; nam ita declarat praxis, & consuetudo apud Gobat tr. 3. n. 591. ubi notat, inter facultates quas Vicario suo Generali Episcopus Constantiensis ex Conf. Synodal. p. 1. tit. 9. n. 21. concedit, etiam esse potestatem in Anniversarij, vel Beneficiorum foundationibus Missarum, vel etiam Prebendarum numerum augendi, vel minuendi. Contrà in ijs Provincijs, in quibus Trid. Decreta quoad annuam Synodi celebrationem sij 24. c. 21 de reform. præceptam ulu observantur, cum Garc. p. 7. de Benef. c. 1. n. 134. Fagund. de præc. Eccl. l. 3. c. 7. à. n. 12. Bonac. de Sacram. D. 4. q. ult. p. 7. §. 2. n. 9. & AA. prima sententia nego ab Episcopis extra Synodum Missarum, & Anniversariorum onera reduci posse.

Quæritur 5. an redutio hæc si ipso **¶50** fit etiam à Prælatis Ecclesiarum, & Monasteriorum Episcopo inferioribus? Ibi distinguendo inter Prælatos, qui certum territorium habent, in quo Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, ac populum exercent, & inter careros, qui certum territorium Jurisdictioni sue Spirituali subiectum nullum habent. Priors circa reductionem facere possunt, quod Episcopi; quia quoad ea, quæ Jurisdictionis sunt, Episcopis æquiparantur.

Posterioribus **¶51** redutio duntaxat concessa est in Capitulo, seu Congregatione Generali, ut liquet ex Trid. sij. 25. c. 4. cit. extra quod proinde facultas ista ab ipfis exerceri nequit. Garc. p. 7. de Benef. c. 1. n. 138. Moneta de Comunit. ult. Vol. c. 5. n. 566. Mirand. tom. 1. Man. Prelat. q. 4. art. 24. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 29. n. 15. Pal. tr. 22. D. un. p. 15. n. 3. Wiestner hic n. 78. idque ob triplicem rationem. 1. quia talis redutio est quedam species commutationis ultramarum Voluntatum, quam facere Prælati Regularis, Jurisdictionem quasi Episcopalem non obtinentes, non possunt, ut arg.

arg. Clem. 2. de Relig. Dom. tradunt Rodriq. tom. 2. Regul. q. 125. art. 9. § 10. Sorbus Compend. privil. Minor. V. commutare, Monet. l. cit. n. 566. 2. Prælati Regulares potestatem reducendi Missas non habuerunt ante Trid. ut Episcopi, sed primum ex Decreto istius Synodi illam obtinuerunt. ergo non habent illam, nisi cum limitatione ibidem addita, ut eam faciant in suis Capitulis Generalibus. 3. sic Prælati autoritatem prætarent in negotio proprio, sive se, sive Ecclesiam, & utilitatem concerne, quod Jura specialiter reprobant c. fin. de Instit. Clem. 2. de reb. Eccl. non alien. l. quamquam 1. & l. pupillus 5. ff. de Auth. § consens. tutor.

152 Quæritur 6. quibus casibus neque in Diœcesana Synodo Episcopi, & in Capitulis suis Generalibus Prælati Regulares reductionem Missarum, & Anniversariorum facere possint? 1. tres casus à DD. enumerauntur. 1. si pro hujusmodi Anniversarijs, & Missis relicta sint bona immobilia, quæ annuos fructus, vel Census producant, vel pro hujusmodi bonis coëmendis data sit certa, & sufficiens summa pecunia, & bona illa à Prælato cum consenu Capituli distracta, ac pretium ex ijs redactum, vel pecunia pro talibus bonis coëmendis data in Monasterij, vel Ecclesiæ usus expensa sit; nam ita alienando, & pecuniam expendendo Ecclesia ipsa censetur subiisse onus substituendi necessaria pro Anniversario perpetuo celebrando. Accedit, quia reductione Missarum solummodo fieri potest, quando diminuti sunt ita redditus, ut pro hujusmodi Missis debitè celebrandis sint insufficientes, atqui istud in casu præsenti non contingit; nam bona illa, & pecunia æquivalenter censetur extare, dina in Ecclesiæ, vel Monasterij utilitatem conversa sunt.

153 2. Si hujusmodi onera, & obligaciones Ecclesijs, Monasterij, Capellis, Altaribus ab eorum Fundatoribus in ipso Foundationis limine sint impositæ; quia Trid. dum c. 4. cit. reductionem permittit, solum loquitur de relictis à Testatore, vel alio Benefactore extra Foundationem: quoad onera autem, & qualitates in fundatione adjectas *Jeff. 25. cit. c. 5. pr. de reform.* aperte vetat ijs quacunque dispositione superveniente derogari. Ugolin de Offic. Episc. c. 61. n. 1. fin. Monet. de commut. ult. Vol. c. 5. n. 376. Garc. p. 7. de Benef. c. 1. n. 131. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 29. n. 12. § 13. Pal. tr. 22. D. un. p. 15. n. 4. Leuren. p. 1. for. Benef. q. 105. & his testibus declaratum est à S. Congr.

154 3. Si hujusmodi onera ultima Voluntate, aut quavis alia dispositione Ecclesijs, Monasterij, Capellis, Altaribus imposta sint post Trid. nam pro horum reductione, ut etiam pro reductione illorum, quæ imposta sunt in limine foundationis recurrentum est ad Sedem Apostolicam, prout decrevit S. Congr. autoritate ab Urbano VIII. ac-

cepta, Declaratione super hoc specialiter editâ 21. Jun. 1625, ubi directè vetuit, Ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus vel alias quoquo modo reducant onera illa Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium (Tridentinum) imposita, aut in limine foundationis, sed pro bis omnibus reducendas, aut moderandas, vel communandas ad Apostolicam Sedem recurratur, que te diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire judicabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes bussimandi, si quas contra bujus prohibitioni formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inaneas dercentur.

Procedit autem hoc, ubi Decretum hoc S. Congr. est usu integrè receptum; nam alicubi eidem consuetudine derogatum est, testibus Garc. p. 7. de Benef. c. 1. n. 136. Pal. tr. 22. D. un. p. 15. n. 4. Wies. hic n. 83. præsertim in Germania, prout observat P. Gobat Exper. Theol. tr. 3. n. 591. Sufficit autem ad derogandum hujusmodi Declarationibus, sicut in alijs Legibus, probabilitius decennium; ut dictum est Libr. 1. tit. 4. n. 9. In his ergo locis, ubi Decretum huic, & alijs statutibus, ut recurratur ad Sedem Apostolicam, consuetudine contraria derogatum est, potestate sibi concessa Episcopi saltem in Synodo Diœcesana, & Generales Ordinum in Capitulis suis Generalibus ut possunt, & reducere onera Missarum tam ante, quam post Trid. imposta; quia dispositio Concilij generaliter, & absolute loquitur. Possevin. c. 2. n. 25. q. 9. M. rand. Man. Prælat. tom. 1. q. 41. art. 10. Nald. in Summ. V. Missan. 9. Garc. p. 7. de Benef. c. 1. n. 132. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 29. n. 5. Dian. p. 8. tr. 4. refol. 2. Pal. tr. 22. D. un. p. 15. n. 4. v. sedan.

Quæritur 7. quomodo hæc Anniversariorum, Missarum, & Officiorum Divinorum reductione fieri possit? 1. necessarium est, ut redditus pro his relicti sint admodum tenues, & pro ijs debitè celebrandis insufficientes; nam si hodieum sufficientes sunt, indubitatim est immutationem fieri sola Authoritate Apostolica posse, & hac non interveniente, sine illa diminutione vel reductione celebranda esse Anniversaria, & Missas, prout in ultima Voluntate, aut Foundatione præscriptum est. Colligitur ex Trid. *Jeff. 25. c. 4. sepius cit.* ubi Episcopis, & Prælatis Regularibus concedit potestatem hujusmodi onera reducendi, quando *Eleemosyna pro illis celebrandis adeo tenuis est, ut non facile inveniatur, qui velit buic se muneri subjecere.* Igitur censetur hanc potestatem ijsdem negasse, quando provenitus ad ea debitè peragenda sufficientes hodieum sunt.

2. Licet, cùm tenuitas proventuum ita exigit, duo, tria, aut plura Anniversaria conjungi possint, aut uni alteri adjungi, mo-

net tamen S. Synodus Trid. c. 4. cit. in fin. ut omnium Benefactorum, quorum Anniversaria, vel Missæ adjunctæ, vel conjunctæ alijs sunt, in his commemorationi fiat. Satisfit autem huic commemorationi, si per Collectas, vel preces, quæ in secundo Memento offeruntur, Missas hujusmodi pro ijsdem celebrans applicet, prout notant Ugo- lin, de Offic. Episc. c. 61. n. 1. Monet, de commut. ult. Vol. c. 5. n. 375. Barbos, ad c. 4. Trid. cit. n. 13. Pal. tr. 22. D. un. p. 150. n. 4. y. monet.

158 3. Ejusmodi Anniversaria reduci posse in rotidem Missas, vel in unum, alterumque Anniversarium, aut Missam singularis mensibus, aut hebdomadis legendam pro Benefactoribus, pro quibus Anniversaria, & Missæ pristinæ celebrabantur. Ugo- lin. n. 1. cit. Monet. n. 370. & seq. Barbos. n. 4. Wiestnern. 76. quod probatur ex ver- bis Trid. l. cit. ubi Episcopis concessit, ut possint pro sua conscientia --- statuere circa hec, quidquid magis ad DEI bonorem & cul- tum, atque Ecclesiæ utilitatem viderint ex- pedire.

159 4. Alia Officia Divina potius in Mis- fas, quam hæ in illa sunt communanda, ut salubriter monet Monet. l. cit. n. 369. & te- ste Fagnan, in c. ex parte 12. de Constit. n. 34. approbatum est à S. Congr. quia Sacrificia Missæ, utpote quæ vim habent ex opere ope- rato, plus profundit animabus in Purgatorio detentis, quam alia Divina Officia, & pia opera, ut cum S. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. queſt. 2. unanimiter docent TT. & innuit Trid. ſeff. 25. in Decret. de Purgat. ubi ani- mas hoc detentas ait potissimum Sacrificiis juvari.

160 Quæritur 8. quibus cautelis S. Congr. prospexerit periculo, ne hujusmodi reduc- tiones nimis ſepe fint facienda? 1. ut periculum itud tollat, S. Congr. in Decret. ſepius allegato statuit 1. ut pecuniae, & bona mobilia, cum onere perpetuo Missarum celebra- darum data, ab ijs, ad quos pertinet, sub po- na interdicti ab ingressu Ecclesie ipso facto incur- renda à die realis acquisitionis statim deponantur penes Aedem sacram, vel personam fidei, & fa- cultatibus idoneam, ad effectum illa. seu illorum pretium quamprimum investiendi in bonis immo- bilibus fructiferis, cum expreſſa, & individua mentione oneris, quod illis annexum repertur: Ac si eadem bona immobilia autoritate Apo- stolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium, sub eadem poena, ut supra, deponi, atque in alijs bonis fructibus itidem fructiferis, cum ejusdem repetitione, atque annexione con- verti debeat.

161 2. Insuper decernit, Ne imposterum onera perpetua Missarum celebendarum susci- piant, ſecularves quidem sine conſenſu Epifcopi, vel ejus Generalis Vicarij, Regulares vero sine Generali, vel Provinciali conſenſu, & licen- tia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin

Sæcularis, qui hujusmodi prohibitionis transgres- for exitervit ab ingressu Ecclesie interdictus sit eo ipso; Regularis vero paenam privationis om- nium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac per- petue inhabilitatis ad alia de cetero obtainenda, vocisque active, & passivæ absque alia decla- ratione incurrat.

3. Præcipit, Ut Epifcopus, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiri, non ante aſſentum hujusmodi, ac licentiam præbeant, quam ei legitime confiterit (talis Ec- clesia, Monasterij &c.) Sacerdotes tam novo oneri ſuſcipiendo, quam antiquis jam ſuſceptis ſatiſfacere poſſe; præcipuamque rationem habeant, ut reditus, qui Eccleſijs, vel locis pijs relinquentur, omnino reſpondeant oneribus adjunctis ſe- cundum morem cuiusque Civitatis, vel Provinciel

Quæritur 9. an iusta cauſa petendi re- ductionem oneris Missarum fit, quando con- tingit ſtipendium illarum lege, vel conſuetu- dine augeri, & annui reditus legati, ad illum effectum reliqui, licet nullo modo diminuti ſint, non tamen correspondentiū ſtipendio tunc currenti? 1. affirmative, niſi hæredes ex bonis hæreditatis ſupplere velint deſectum. Ita Pellizar. tom. 1. Man. tr. 6. c. 3. q. 18. n. 42. Donat. tom. 3. prax. Regul. tr. 7. q. 62. & alij ab hiſ citt.

An verò eo caſu hæres teneatur ſup plere deſectum mercedis, controverſum eſt apud DD. Affirmant, data tamen capa- citate hæreditatis, M. Ant. Genuens. in Pra- dicab. Eccl. q. 180. Homobon. de Exam. Eccl. p. 1. tr. 4. c. 13. q. 118. Riccius prax. p. 3. 4. refol. 364. n. 3. Dian. p. 1. tr. 14. refol. 17. Barbos. de Offic. Epif. alleg. 29. n. 7. tum quia testator non reliquit pecuniam ſimpli- citer pro Eleemosyna ſolvenda ſine onere, ſed pro Missis celebrandis pro anima ſua, quam præfumitur magis amare, quam hæredem; tum etiam, quia eo tempore, quo dictam Eleemosynam legavit, praefabatur minor merces pro Missis celebrandis, quam si præ- vidiffet augendam, non ideo diminuiffet Missarum numerum, ſed ſtipendia auxilier, ſicque reſpondiffet, ſi de hoc interrogatus fuiffet.

Sed non minus probabiliter respon- dent Fraxinell. de Oblig. Sacerd. §. 24. n. 2. & tribus ſeqq. Pellizar. tom. 1. Man. Regul. tr. 6. q. 18. n. 45. Donat. tom. 3. prax. Regul. tr. 7. q. 62. n. 3. non poſſe hæredem ad hoc compelli. 1. quia alioquin ſepe ſepius in- ſurgenter odiosæ, ac perpetuæ lites inter hæ- redes, & Sacerdotes, quibus hujusmodi onera Missarum incumbunt, cum non me- diocri animorum inquietudine. 2. quia testatores communiter curant gravare ſuos hæredes, quam minimum poſſunt, adeo- que non eſt ita certum, quod poſſit præ- sumi, mentem illorum fuiffe, ut aucto per tem- poris decurſum Missæ ſtipendio, hæredes te- nerentur ad auctiora ſtipendia. 3. quia hac

hac tempestate hæredes conveniunt cum Sacerdotibus de stipendio currente tempore conventionis , & cons. vigore hujus pacti , nullum Jus videntur Sacerdotes habere ad augmentum salarij. Quare si tali casu Ecclesia hujusmodi oneribus præter intentionem gravatam sese sentiret , recurrere debet ad autoritatem Superioris , & petere ab eo reductionem : quod medium innuit Trid. sess. 25. c. 4. cit. dum ibi sic gravatos remittit ad Episcopos , ut onera moderentur , non ad hæredes , ut defectum stipendij suppleant.

266. Queritur 10. an aucta re legata pro Missarum onere relicta , etiam augendus sit Missarum numerus ? &c. cum Pellizar. tom. 1. Man. tr. 6. c. 3. q. 17. n. 41. Donat. prax. Regul. tom. 3. tr. 7. q. 61. & alijs distinguendo. Nam si augmentum tale non provenit ex re ipsa simpliciter , sed ex industria , labore , & expensis eorum , quibus illa cum eo onere relicta est , cum augmentum hoc potius sit præmium laboris , ac fructus

industriæ , non debet inducere obligationem majoris oneris.

Secus , si dictum augmentum pro 167 cedat ex aliquo casu fortuito , ut si fundus assignatus pro Missis notabiliter augeatur ex alluvione fluminis &c. tunc enim augeri debet etiam Missarum numerus in utilitatem animæ testatoris ; tum ex c. fin. de V. S. ubi dicitur , quod si fructus Præbendarum creverint , debeat augmentum converti in utilitatem Ecclesie , h. e. ut Glosa exponit , in piis causas , qualis in nostro casu est , si augeatur numerus Missarum in refrigerium animæ testatoris ; tum vero qui contrariorum eadem est disciplina , idemque operatur opus in opposito , quod propositum in proposito : sicut ergo diminutus stipendijs , minuitur Missarum numerus per reductionem à Superiori factam , ita aucta re legata , & quoniam est , ut augeatur , cum commodum ab incommmodo reguletur , l. secundum naturam 10. ff. de R. J.

TITULUS XLII.

De Baptismo , & ejus Effectu.

SUMMARIUM.

1. Quotuplex sit Baptismus?
2. Definitio Baptismi Fluminis.
3. Institutus à Christo est.
4. Probabilis ante Passionem , & Mortem suam.
5. Solvuntur Argumenta contraria.
6. Institutio hec facta est , vel cum Christus baptizatus fuit in Jordane.
7. Vel paulo postea.
8. Parvulus necessarius est in re , extra Martyrum.
9. Adultis saltem in Voto , si copia ejus suscipienda non sit.
10. Adulti tenentur illum suscipere , quamprimum commode possunt.
11. Et in parvulis non diu debet differri.
12. Materia ejus remota est aqua naturalis.
13. Proxima ablutione.
14. Trina , vel unica pro Ecclesiæ cujusque coniunctio.
15. Ablui debet pars aliqua principalis . si potest.
16. 17. 18. 19. Sufficit immergo etiam sine emersione.
20. 21. 22. Vicino , & desperato partu . Baptismus administrari potest infanti nondum edito in lucem.
23. Forma Baptismi.
24. Necessario in hac exprimenda.
25. 26. 27. Inter hæc est expressa invocatio SS. Trinitatis.
28. 29. 30. Non confertur validè sub hac forma , Ego te Baptizo in nomine Genitoris , Geniti , & Procedentis ab utroque.
31. Subjectum Baptismi est homo viator non baptizatus.
32. 33. Utrum Monstra baptizari possint ?
34. 35. Utrum amentes ?
36. 37. 38. 39. An liberi Infidelium parentibus eorum invitati ?
40. Minister Baptismi in necessitate est omnis homo viator.
41. Extra illam Episcopus , & Parochus.
42. Et quidem domicilij , in quo dedit baptizandus.
43. Poteſt potestis baptizandi delegari Diacono.
44. Qui baptizare nequit , nisi in defectum Presbyteri , etiam ille fit Parochus.
45. 46. 47. A quo baptizandi sunt Infideles ad Fidem converſi ?
48. An plures simul baptizare eundem possint ?
49. Que similes requiratur ablutionis , & formæ ?
50. Ubi Baptismus fit conferendum ?
51. 52. 53. Quis fit Effectus Baptismi ?
54. Quibus casibus repeti Baptismus possit ?
55. An sufficiens causa eum repetendi sit , quod sit collatus ab Heretico ?
56. Quid faciendum casu , quo infans in casu necessitatis baptizatus est ab obſtrice ?
57. Quid tenendum , quando de adulto aliquo dubitatur , an baptizatus sit , vel non ?
58. An repeti debent , cons. invalidus sit per vim ; & metum collatus ?

Post